

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS,

B, 129.

Vita
ANDREAE ALCIATI MEDIOLANENSIS
JURISCONS: CLARISS.

Per Claud: Minoem conscripta.

ANDREAS ALCIATVS in pago Alciato
scu Alrato Mediolanensi natus e ~~Mediolanensi~~
~~Mediolanensi~~ nobili Alciatorum genere, sua etatis
Iuriconsultorum & politorum haurientem gloriam
incredibili studio ac virtute longo post se reliquit
intervallo. Is adolescens cum primum ingenij cul-
torem caperet, laudatos seruiliter institutores
nactus e, sed in primis fanum parvhasium,
qui literas humanitatis summa nominis fama
deceat; eas disciplinas, cum Alciatq aude arri-
peret, seqq ijs non leviter tingeret, earum tamen
usum omnem ad peritiam juris, cui se totum
addicebat, optime referendum esse duxit, ut
ae primae artes, in quibus alij tanquam apud
Sirenum scopulos conflagrunt, sumi huic an-
cillarunt. Ille itaq quod serio id studij
capesseret, brevi admodum spacio temporis
in eo profecit, ut dignus existimaretur qui
Doctores insignibus benestaretur: quem honore
suorum omnium gra sapientiae facile est secutus.
Cui, cum pro dignitate responderet, quamquam
nondum adolescentie tempus excessisset,

sic ab omnibus suspiciebatur, tantamq; de se admi-
rationem concitabat, ut de rebus etiam gravissimis &
quae non nisi veteranis, & longo usu exercitatis viris pro-
poni solita essent, argute politiq; responderet. Ergo
Mediolani per triennium moratq; sese foro paravit, mu-
nusq; advocatorum, magna certe laude summaq;
fide & religione sustinebat, cum coepit ejus verbe
ad exteras nationes redium sues itales innotescere.
Accitus quim est ad publicum professionis munus ab
Aremionensibq; stipendium sexcentorum meruit, cu-
ninq; ad eum diem cathedram, ut ipse ait,
conscendisset. q; in urbe per aliquot annos ita
ingemium suum & industriam mirifice probavit,
ut unus penè inter laudatos juris interpretes,
solusq; egregie doctus commendaretur. Quae
hominis fama excitatus Franciscus primus, Gallia-
rum Rex, ingeniorum sellens aestimator, idemq;
fautor liberalissimus, Alciatum ad Biturigum
Academiã vocavit, honorario illi duplicato, adeo
ut pro sexcentis, secundo quàm eò venerat
anno, mille & ducentos consequeretur. In ea
urbe Galliae celebri quàmvis ille per quin-
quennium presiderit, supersunt etiam hodie testes
sermuli, laudati & excellentes viri, qui Alci-
atum doctorem illic audierunt: testes etiam libri
editi, aeterna digni memoria quos ille successivis ho-
ris summo studio, pariq; ingenio reliquit. Quae laus
hominis cum indies incrementum caperet, Franciscus Sfor-
tia Mediolanensium dux, sui popularis amore ac gloria

captus, eum meras nec sentem peneq; tergiversantem
~~reus~~ devocavit, utq; omnem excusationis remoram
interciperet, senatoria dignitate ornavit, fuit Ticini
docendi partes sustineret, ab eo impetravit. Paulo
post centis de causis Bononiam, studium omnium
lecturam petijt, in qua totus 4 annos ea omnium
admiratione jus civile docuit, ut nullus satis doctus
ē scholis redire putaretur, nisi qui Alciatum audivisset.
Ticinum postea rursus, ita in urbe
Carolo Imperatore, per annos aliquot
illuc recessit, nihil de incertis laboribus premis
sit, gloriam quam tot viris comparare
rat, auxit: ut putaret, sibi exemplar pro
positum Herculis illius Tragicus, cui
fines laboris viris, ad sequentem gradum
pararetur. Terrariam diu inivit Duce
Herculis amplissimis conditionibus addi
ctus, & prostratum academiā extulit.
In qua quādam urbe nobilibus & doctis
hominibus, ut sum, affluenti, ut in alijs
quos incolunt, non modo viva voce
offitendo. Sed & p multa variis scriben
do, id efficit, ut vivis & praesentibus
modo consoluisse videretur, sed & po
stis dum multo cumulatius prestaret.

Post multos tandem peregrinationum labores,
Theinm repetit, in paq. vrbe Snarum fortu-
narum tabulas postremo collocavit: docuit
tres, quatuorve ad summum annos, vir q.
nullis aetatis difficultatibus, neq. quietis ali-
cuius, quam capere poterat, stantibus de-
liribus a cepto opere & studio cessavit.
De qua tantu tam frequentu concursa
tione, quum plarisq. suspectam praestuse-
rat, scriptum prodavit, ut peregrinatio-
num, non tamen suspectarum rationum
probabilem redderet. Dum enim bellicos
humilitis subterfugeret, Antamq. suis
studijs quietam periret, distisse pre-
grinaty, Principium insomniis huc atq.
huc agitatibus, certam sedem tenere non po-
tuit. Nos vero nihil moramur tam etc,
gram locorum mutationem: praestantiam
hois potius, & ingenij solertiam debemus
estimare. ille disciplinarum liberalium
historia ois, Graecae & Romanae linguae
subsidijs fretus, iuris artem nitenti pristino
feliciter reperit, aemulaty veteres quosdam

magni nominis iuri consultos, Herminium
modestinum, Artipinum, Labronem, Atteium
capitonem, aliosque & pares fuisse in utriusque
linguae cognitione, artiumque meliorum facultate.
Post annum duodecimum, cum civilis
& pontificii iuris professoris insignibus orna-
tus set. Paradoxa & Disputationes in publicum
misit, operis elaboratum horis succisivis a
candidato adhuc & tirone. Quoties n.
ea quae ~~probabilibus~~ a suis Doctoribus
accepta secum proferret, si quae probabilibus
actis digna refutatione viderentur, ne con-
fessim memoria exciderent, quibusdam
quasi adversariis scribere consuevit: quae
cum paulo accuratius expo-
lisset, in edite
vrasque tabulas referebat. Quam arte la-
boris suscepit, ut aliqua ratione Doctorum
& summa iudicia iuris profiterentur, iudicium
temperaret, & bonarum literarum cognitio-
nem blanda & illici voluptate studio iuris
adversantem dicerent. Ex quo satis sibi fa-
ctum eo tempore arbitrabatur, si summa lit-
ris humanioribus honorem struisset, passim
iungi sua aetate sapientiae studiis posse docuisset.

quae eius scriptis expectatioq. tum à principio
degitit, ut q. à juris doctoribus, non aliter
quam transfuga incessetur: & ab alijs qm
litteras humaniores profitebantur, ut alienus
expladeretur. Paulatim tamen eius libri sese
infirmavit, oibusq. in provinciis Italiae,
Galliae, Germaniae, academijs locum suum
pudentem obtinuerunt. Nec vero ipse,
quod occasio fert, sissimulat se, rejecta se,
colorum aliquot ante lapsorum consuetudine
quam iuris erat amplexatus, ad imitatio-
nem & prescriptum veterum, juris tradendi
ratione iudicio omni & industria revocasse.
videbat n. esse multos, quod ferebat agrari-
um, q. barbaras, & miseras quasdam inter-
pretationes elegantioribus preferrent, &
tritico neglecto, cum atavis, vici mallet
glauibus. Ne vero q. putet sum vni-
versitas aut etiam glauitas captum su-
dio, quaedam innotasse, aut etiam docuisse
seis, quam q. superiore seculo floruerunt,
si q. in locis errasse veteris doctoris an-
madmereret, totum nominibus parcebat,
neq. canoris, quod dicitur, magis idto se cen-
torem ostendebat, sed tanquam aliud agens

ostendebat quattuor vis stantem esset, Quod prin-
cipalia sunt opus sane memorabile ab eodem ple-
nitum, modum tutatum, quo sumum jurispruden-
tia lumen reddidit, De elegantia vero &
polito ore dicendi, quod in jurisconsulto non
ferebant morosi quidam veterani, ut q a suis
magistris persuasi errorem usu confirmatum
mordicus tenebant, ille quaedam disputavit
regne ipsa hoc praestitit, ut unctam barba-
rism a philosophia juris latifundis ablegaret,
Sua quaedam correxit aetate maturior, quae sibi
adolescens fatetur excidisse, quo noie a quodam
reprehensus, seipsum honesta oratione purgavit,
id enim se fecisse confitetur, & maximis exem-
plis innuit, quae famae suae damno nollet in
publica iudiciorum causa praenariari. Idem
factum ab Hippocrate, medica arte clarissimo
qui, ne postea errarent, quaedam male a se
tradita, primus correxisset. M. vero Tullius,
cum Rhetorici libri, quos juvenis perdidit, non
satis placerent, de oratore ad M. Bruttium scri-
psit & a se jam perditam plerumque damnavit. Sic
& Fabius Quintilianus cum primus duos de arte
Rhetorica libros amisisset, igne non satis placentem

tur duodecim illos composuit, quibus & priores
commendavit, & magnam inde famam est conse-
cutus. Merito igitur quod alijs laude datum
est, fraudi non debuit esse Alciato. Hac cele-
britate fama notus, ut a viris solide doctis cul-
tus est, quos & vicissim coluit impensissime
imprimis, ut Italos praetermissam Tac. in-
m. Joann. Selnam, petrum a stella juris
Utriusq. interpretem, aliosq. non paucos: sic a
quibusdam matenolis proscissus & exagitatus,
Longavallium infestum habuit, hominem interdu
sine mente ac certe sine fure tumultuantem,
Alciato detrahentem, alios etiam in id contentio-
nis genus pertrahentem. Fuit illi annis
& quodam obituro in Italicis Academijs
Doctor quidam juris, Alexandrinus nomine,
a quo non semel provocatus, mihi respondit
indigne tamen aliquando trahit, tamen quasi
sibi oppositum, atque aliquando successorem misit
tare. Quod operavit hoc carmen in mundum ab
Alciato scriptum

Altinolam nitens comitatus degente harpam
Et praeda partem saepe cadentis habet.
Nullum persequitur qui spectus sanguis ab illo,
Praeteritasque avidus devorat ore dapes;

Sic utrumque Oenocratus agit: ac deserta

^{invidentium}

Utitur hoc lippo curia tanquam oculo,
Ita laesus sibi temptabat, sed tamen ne fore le-
dere videtur, injuriam acceptam non alia
ratione ulciscatur. Quam iracundi animi
affectum celare non potuit excitatus intolera-
bili & indigna Francis Floridi maledicti-
tia, qui Razim, Bndam, Jpsing, Alciatim,
viros incomparabiles fuerat ausus contumelios-
è laceessere. Postquam n. ruis insanam diu
petulantiam pertulisset, ille qui sibi acerrimi-
ne hominem confodire poterat, scripsit in
suum carmen satyricum, noie paululum nu-
tato, utroque in Ranciscum olidum, his
omnino verbis:

Audent flagriferi matula, stupidique magistri
Bilem in nos olidi pectoris subire
reddimus ne vitam opprobrijs? sed nomen cicadam
Ala una obstradam corripere istud trit?
Quid prodest menses optosis pallere flagris?
Negligere est satius quod utiqueas regere
Sed & aliquot annis ante, praestans illa, viri
virtus comitem habuit suam invidiam, qua
successibus tuis prosperis succubisset. Nam
relictis Biturigibus Italiam repetens, cum

urbem in se beneficam & libtralem hoc ttra,
sicho, grati animi ttra donasset,
Urbs Biturix invitns amans te de stro amantem,
Quinq; pte astatu terra habitata mihi,
Nunc opus ad vitulos est a utroq; ue,
Ergo vale, & felix sit tibi lanicinm;
Quidam maledicns mngator, Alciati nomini
mstusq; ita respondit, scurrilius ne an
contumeliosius, nescio.
Non nos, sed nostros mimos Alcatns amabat,
Cui tacitns spretis vacuit hospitibus,
Sed valeat tandem vitulos pasturms; at illum
Nostra vel horrentum frigore lana tget;
Qua tamen mngacitate minime abricepto cur
su deterritus Alciatns infractum animm ges
sit, prinde atq; Hecate, qua canum latratu
nihil moretur, sed neq; ipse cavuit suorum re
prehensione; ut trim alia multa transiliam,
Italus quidam Doctor Tholose professus,
subinde jactitabat aliter a se legum nodos
intelligi quam ab Alciato, q; mihi aliud
apud nos, mgbat, facit, quam quod floretat
iura. cui spectaculo cum presentes
adessent viri docti, su hoi arrogantiā
parsi; su risus captandi causa, ita consuevit.
Quae Alciatns floretat, ipse oletat.

Et haec quidem fuit laborum sanè in hominibus
ac gravium testimonia, is fuit vitae cursus
Alciati, viri sanè dignissimi, qui firmo
nonnùm detretur, ut quae laudato & fructu
studioso conatù inaeperat, eadem studio
contentione perficeret. Nonnùm aetatis
annum octavum & quinquagesimum exce
dit, pèdum dolore primò quàm leniter
correptus, deinde paulo gravius & crebrius,
ad id ut continua febris symptoma illi
morbo adiungeretur, paulatim confectus
intra septem & quatuor dies, semp̄ inte
gris seſibus toto morbi tempore, animam
Deo reddidit, Ticini, anno nempe Cri
stiano quingentesimo quinquagesimo
nono supra millesimum, sepultus hono
rificè in Basilica Ticinensi, viri cuius
sine disſe) plus sua patria, quam ipse pa
triae debeat. Eius symbola, ut quae ad inge
nij ad id excellentis commendationem pertine
ant, hic ad extremum addenda curato. In
fuit illi gentilitium, ut ipsomet in Emblemata
tis scripsit, ad noen alicatorum alludens. in eo
conspicitur Alee, fera Germanica, quae


Unumquodque quodam auctoritate sententiam,
μηδεν ἀραβαλλόμενον: hinc symboli hanc
Explicatio,

Alciati quibus insignia sustinet Alce,
Unumquodque & μηδεν fert ἀραβαλλόμενον
Constat Alexandrum sic respondisse roganti,
Quia tot obmissis tempore ista orationem
Unumquodque, inquit, differre voluit: quod &
Sindicat Alce,

Fortior hac, dubiter, ocyor aene fiet.
Quaenam tam in ea eicone Alciati ad
vincta expressa (qua me nuper donavit
Andreas Thevetius, Graecis Cosmographis
sunt insignia familiae Alciatorum sic
expressa, ut in scuti planitie, sit à una
dextra turricula, sub qua aqua recta
corona insignita, à dextra, septem quatuor
supra scuti partem planitiem caelestem,
signum equestris dignitatis. Superius
etiam certum caput cum pectore,
pedibus anterioribus prominentibus: in apice
denique inscriptum utrumque emblematis,
μηδεν ἀραβαλλόμενον Alterum symboli,
tam sibi proprium & peculiarare fecit, uti

memoria proditum a Paulo Fovio, Caduce
in hunc modum inter duo Amalthea cor
na, cum inscriptione, ἀρσὸς διποικίης καρπὸς
ὅτε ἀπόλλυται. tunc haec substantia Em
blamate comprehensa:


Anguonibus simpliciter geminis caduceis alis
Inter Amalthea cornua rectus adsit.
Pollentis sic nutu viros, fandiq; peritos
Judicat ut utrum copia multaoret



DE
CAROLO
QVINTO, CAE-
SARE AVGVSTO,

Dauidis Chytræi
ORATIO,

Cuidam studioso prescripta.

R. dogel. v.
 *D. Dauidij*

Voit Doctori
EXCVSVM *Thool. in*

Per hæredes Ioannis Cratonis,

A N N O

CIC, IC, XXCIII.

Academia
Salana
summo.

DE
CAROLO

QUINTO, CAE.

SARR AVGVSTO.

Davidis Chytræi

ORATIO.

Quidam fudioso prescipia.

[Faint, illegible handwritten text]

ELCVSNA

Per hancem Iovnis Crenis

A. N. M. O.

CIO. IO. X. CIII.

I
f
n
n
t
&
d
c
e
l
b
v
r
t
d
f



DE CAROLO V.
IMPERATORE.



Estimonium pro-
uidentiae & praesentiae
Dei in genere huma-
no eximium & singu-
lare est, quod non so-
lum imperia & regna,
fouendae Ecclesiae, & honestae homi-
num societati legibus, iudicijs, discipli-
na, pace & commercijs multarum gen-
tium muniendae seruientia, constituit,
& lapsa instaurat, & potenti dextera sua
defendit ac seruat: verum etiam Heroi-
cos Reges ac Principes, excellenti sapi-
entia & virtute a se ornatos, subinde
Imperijs tribuit, & singularibus moti-
bus regit, & adiuuat in rebus gerendis,
vt eorum gubernatio felix sit, & gene-
ri humano salutaris.

Talem Heroem, excellenti sapien-
tia, virtute, & felicitate in rebus geren-
dis, a Deo ornatum, & adiutum: & in
summa potentia, & successuum pro-

A 2 sper-

CAROLI VIRTUS

ſperitate, modèſtum, clementem, iuſtum, moderatum & ſalutarem generi humano principem fuiſſe CAROLVM V. Imperatorem, omnes cordati & prudentes viri fatentur, & inferioris præcipuè Germaniæ populi ac Belgicæ gentes, ſub Imperio Caroli placido & moderato olim tranquillæ & florentiſſimæ, luculentè teſtantur. Nunc remoto cuſtode hoc Iuſticiæ & pacis publicæ diuinitùs gubernato & adiuto, ideoq; felice, quàm triftes & tetræ diſſipationes & confuſiones proximis annis, nouè ſubinde exortæ, & ſine fine & modo cumulatæ ſint, gementes videmus. Quibus vt tandem DEVS noſtri miſertus Cataſtrophen optatam & ſalutarem imponat, toto eum pectore & ardentibus votis precemur.

Intereà bonitatem & præſentiam DEI in Caroli V. gubernatione grati agnoſcamus, & ſapientiam ac virtutem huius Herois celebremus. Veic enim de eo adoleſcente admodùm ad
Romani

Romani Imperij fastigium recens euecto, vir sapientissimus Mercurinus Gattinaria veluti vaticinatus est, dicens Pontano, electoris Saxoniae Cancellario, Benè fecisse principes Germaniae, quòd Carolum Imperatorem elegerent; experturos enim, quòd sit SAPIENS & BONVS. Bonitatis certè & clementiae ac moderationis animi, in tanta potentia, & summis fortunae successibus, non elati, nec vllum iniustae cupiditatis, superbiae aut saevitiae indicium edentis, vix vllum aliud ex historijs illustrius exemplum proferri potest. cum capto ad Ticinum Galliae rege Francisco, omnium oculi in eum intenti essent, quomodo tantae victoriae nuncium excepturus esset, nullam gestientis laetiae aut insolentiae significationem vlllo dicto aut gestu elatiore praebuit, sed prohibitis etiam publicae laetiae signis usitate edi solitis, recta in templum, vt DEO ob tantam victoriam gratias ageret, se contulit, ac sequenti die Eucharistiae sacramentum

A 3

sum-

CAROLI VIRTUS

sumisit, & septem dierum supplicationes solennes indixit, vt communi multorum voce hoc DEI beneficium celebraretur. Regum verò in aula sua legatis gratulantibus respondit, se DEI erga se beneuolentiam agnoscere, & optare vt hac victoria ad pacem & tranquillitatem orbis Christiani rectè constituendam, & bellum contra nominis Christiani hostes gerendum, salutariter vti possit. Multos principes bello à se victos supplices clementer recepit, & filios in amissam hæreditatem paternam restituit, quos omnibus fortunis priuare summo iure potuisset.

Scio aliquos vestrum tacitos secum mirari, cur principis à doctrina Ecclesiarum nostrarum alienioris historiam in hoc congressu recitare instituerim. At omnibus pijs in Ecclesia Christi constat, Christum ipsum, sua voce, Cæsarem Romanum, quanquàm dissentientem de religione, & hostem ac persecutorem Ecclesiæ, in templo Hierosolymitano nominasse, & verbo suo
stabi-

stabilitiisse, & obedientiam, honorem, tributa & cætera officia ipsi debita reddi iussisse. Cur igitur nos Cæsarem Romanum à Christo ipso laudatum, in his nostris cœtibus prædicare, vereamur.

Etsi enim incitatus à Pontificijs Carolus edicta in religionem nostram duriora aliquoties proposuit: tamen singulari animi æquitate & moderatione, executionem amplius viginti quinque annis distulit, & institutis congressibus & colloquijs de tota religionis doctrina amicis benevolè componere controuersias studuit, donec tandem politicos prætextus speciosos adeptus, principes quosdam & ciuitates confœderatas, armis ad officium redigendos esse censuit, & tamen hos victos ac supplices in gratiam plerisque benignè recepit.

Quanta virtutum præstantia in vetustis Heroibus, Samsone, Dauide, Salomone, Hercule, Alexandro fuit. Hi tamen sua vicia & lapsus tetros habent,

A 4 bent,

CAROLI VIRTVS

bent, & in horribiles calamitates incidunt. Quorum exempla nos de humana infirmitate, de modestia & inuocatione DEI admonent, vt ardentè petamus nos à Deo regi & iuari, ne extra metas ruamus. Nihilominus excellentes Heroum illorum virtutes & benemerita in genus humanum, velut eximia & illustria DEI dona, nos agnoscere, admirari & celebrare decet. Etsi igitur in nostro etiam principe, vt in pulchro corpore, nãui quidam fortasse fuerunt: ac vt in Græco versu dicitur: καὶ πὲρ ἀνὴρ ἀγαθὸς, ποτὲ μὲν κακὸς, ἄλλοτε δ' ἑσθλός: tamen virtutum Heroicarum excellentia in eo tanta fuit, vt diuinitus eum excitatum & gubernatum esse constet.

Quare ad pietatem & gratitudinem DEO & Cæsari Carolo, qui vices Dei in hoc Imperio & amplissimis regnis sapienter & iustè regendis ac tuendis annos amplius quadraginta gessit, & toti Heroicæ familiæ Archiducum

cum Austriae, quae tot praestantes sapientia, virtute, magnitudine animi, moderatione & clementia Imperatores orbi Christiano dedit; debitam pertinet: grata mente & voce, principum, per quos sua bona, iusticiam, pacem, & alia nobis adeo prolixè tribuit, memoriam conseruare. Reuerenter itaque à vobis viri CL. & adolescentes studiosissimi peto, vt me summa delibantem historiae vitae, ac virtutum Caroli fastigia, benignè attenteque audiatis.

Pater Caroli V. Imperatoris fuit PHILIPPVS archidux Austriae, dux Burgundiae, & rex Castellae: anno 1478. in hanc lucem editus, parente Maximiliano archiduce Austriae, Frederici III. Imperatoris filio, & Maria, Caroli Burgundi nata, & amplissimarum regionum, quas inferiorem Germaniam vulgò nominamus, haerede vnica.

Mater, IOHANNA: Ferdinandi magni, Aragoniae regis Catholici;

A S

lici;

lici; & Elisabethæ, reginæ Castellæ filia secunda. Primogenitum enim, matris ἐμάνουμον, Emanuel Lusitaniæ rex (nuptam antea Alfonso VI. Iohannis II. Lusitaniæ regis, patruelis sui, filio, ante patrem mortuo) vxorem duxerat anno 1497. Quo ipso nuptiarum tempore, Iohannes, Iohannæ matris Caroli V. frater, Ferdinandi Aragonis filius vnicus (in cuius matrimonio Margareta, Philippi archiducis soror, Caroli V. amita viuebat) adolescens diem suum obiit, relicta coniuge grauida, quæ cum paulò post abortisset, Emanuel cum coniuge Elisabetha, in Castellam vocati, velut legitimi regionum hæredes, fidem à populis acceperunt, Cæsar Augustæ, Aragoniæ metropoli, dum commorantur reges, & de conditionibus fidei à Cæsaraugustanis dandæ, aliquot menses cum illis disceptant; Elisabetha iunior, filium Michaellem, summa cum aui Ferdinandi & parentum læticia, & totius Hispaniæ plausu peperit, quem infantem, vniuersa
Hispa-

1498.

CAROLI

Hispania & Lusitania Regem, summa
consensione, fide ipsi iurata, statim de-
clararunt.

Sed DEVS æternus & summus
R E X, qui Imperia & Regna in ter-
ris ipse constituit & transfert; &, cui
ipse vult, tribuit: non Lusitanicæ, sed
Austriacæ stirpi; non Emanueli aut
Michaeli, sed Philippo & Carolo; am-
plissima Hispaniarum regna destina-
rat. Matre enim Michaelis in partu ^{1498.}
extincta, & infante vix bimbo ex his ter-
ris euocato, successionis ius omne ad ^{1500.}
materteram ipsius Iohannam, Philippi
archiducis Austriae & ducis Burgundiae
coniugem devolutum est. Que, eodem
anno Iubilæo 1500. die 24. Februa-
rij, tertia post mediam noctem hora,
CAROLVM V. Imper. nostrum, NATIVI-
Gandavi Flandriæ metropoli enixa est, TAS.
anno post Carolum magnum, qui re-
ligionem Christianam in has gentes
Saxonicas primus inuexit, Imperato-
rem renunciatum, septingentesimo.

Baptif-

BAPTIS-
MVS.

Baptismi testes Carolo infanti, duo Dynastæ, Carolus à Croia, & Bergensis, & duæ reginæ viduæ fuerunt, Margarita Britannica proauia, Richardi ducis Eboracensis Plantagenetæ filia, Eduardi III. Angliæ regis soror, Caroli Burgundi vxor relicta: & Margarita amita, Maximiliani Imp. filia, Ioannis Castellæ & Aragoniæ regis vidua.

TND O-
LES.

Quod autem de Heroica Herculis indole Ouidius dixit, id veriùs de Carolo dici potest, Ingenium cœleste suis velocius annis, surgit, & ingrata fert malè damna moræ. Statim enim, in prima pueritia, Ingenium ipsius pietatis maximè studiosum, humanum, mitte, prudens, graue, magnanimum, placabile, moderatum, verax, iustum, semper sibi constans & tranquillum ac serenum, triste tamen magis & taciturnum, quàm hilare & lætum, cunctabundum magis quàm præceptis, deniq; natiua bonitate & indole verè Heroica, & ad omnia summo rege digna præuo-

præuolante excellens, eluxit. ad quam **EDVCA-**
 educationis & disciplinæ sanctitas, & **TIO.**
 naturæ vltro pietati deditæ, ad religio-
 nis & omnium virtutum officia assue-
 factio accurata, & literarum etiam cul-
 tura aliqua, sub præceptore Adriano
Florentio Ultraiectino, viro graui &
 eximio Theologo, (qui tamen ipse vi-
 rum principem, bonis moribus magis,
 quàm bonis coloribus imbui debere
 dicebat) & sub VVilelmo à Croia,
 quem Ceurium, vulgò den von Schif-
fern nominabant, primo Arescoti mar-
chione, aulæ & morum magistro; ac-
 cessit. Erga vtrumque præceptorem
 gratissimus postea Carolus extitit, cum
Adriano episcopatum Dertusensem,
 & vices in regenda Hispania suas com-
 mendauit, ad quas summi etiam pon-
 tificatus fastigium statim adiunctum
 est. VVilelmi autem ex fratre nepoti,
 archiepiscopatum Toletanum, dignita-
 te & opulentia omnibus in tota Hi-
 spania excellentem, Francisco Ximene **1517.**
 Cardinale mortuo, absenti contulit,
 quo

1521.

quo tamen generosissimæ indolis adolescens, antequàm Hispanias adiret VVormatiæ in comitijs extinctus, frui nequaquàm potuit.

* 1497.

1498.

1500.

Priusquàm verò de Caroli Imper. adolescentia & initijs gubernationis plura dicam; Patris Philippi historiam breuem, quæ Caroli potentia & amplitudini secutæ fundamenta iecit, intexam. Extinctis enim paulò antè in Hispania, Iohanne, regum Catholicorum filio, & filia primogenita Elisabetta, & ex ea nepote Michaelè; reges, Philippum generum, cum coniuge Iohanna, quæ inter tres superstites filias natu maxima erat, ex Belgico in Hispaniam euocant, vt hereditariæ regionum successioni, à populis Hispaniæ, præstito illis fidei & obedientiæ debiti iuramento, inaugurentur. Id iter incunte æstate anni 1502. per medias Gallias susceptum, splendidissimo Panegyrico in laudem Philippi Principis patriæ reducis scripto, Erasmus postea celebrauit.

Philip-

Philippus accepta in Hispanijs populorum fide, cum vitæ suæ custodem & magistrum ab adolescentia adhibitum Franciscum Buflidium, archiepiscopum Bisontinum (cuius nepos collegium trilingue Louanij postea instituit) & alios familiares & caros, cœli inclementia Madriti amisisset, ineunte anno 1503. rursùm per Galliam, cuius rex, cum Ferdinando focero apertum bellum in regno Neapolitano & ad Pyrenæi radices gerebat; multum dissuadente focru, quæ Hispanæ gentis animos & mores diuturniore consuetudine cognoscendos, nec hosti familiæ Austriacæ & Hispanæ Gallo fidendum esse monebat; redire in Flandriam instituit, relicta in Hispanijs coniuge grauida & Zelotypa, ideoque in maritum acerba: quæ Ferdinandum filium, Caroli fratrem, & postea in imperio successorem, Compluti, mense Martio genuit, eodemque mense post annum, è complexu matris, in Laurentano portu soluens, maritum in Belgicum secuta est.

Die 10.
Martij.

Inter-

1504.

Interea febris continua & lenta, regina Elisabetha, Caroli auia, exeunte anno extinguitur. Quæ in testamento, si Iohanna filia, laborem administrandi regna sua, recusaret, aut alia de causa sustinere non valeret; nulla Philippi generi mentione facta, marito Ferdinando gubernationem regnorum, donec Carolus nepos vicesimum ætatis annum attigisset, commendarat. Verum Castellani proceres quidam, Aragonijs infensi, & Belgæ prædæ inhiantes, apud Philippum regem adolescentem & imperandi cupidum instabant, vt Ferdinandus socer, Castellæ regnis omninò relictis, in Aragoniam quamprimùm discederet.

Regina verò Ioanna, regnorum Castellæ hæres, consilio legati Aragonij, parentem Ferdinandum per literas hortatur, ne vlllo modo regna illa deserat, ac, si ex testamento reginæ matris solennes tabulæ necessariae essent, se eas vel nolente marito quamprimùm

primùm missuram, & simul atq; in Castellam ventum esset, omnia ex patris sententia composituram esse. Hæ literæ in manus Philippi cum venissent, statim legatum consilij autorem in carcerem conijcit, & Aragonios plerosque ex coniugis familia dimittit, cæteris ne quis se incio in Hispaniam scribat, grauissimè edicit.

Ferdinandus, vt contra generi molitiones se muniret, cum Gallia rege Ludoico pacem facit, eiusq; ex sorore neptem Germanam, Gastonis Foissei ad Rauennam postea victoris cæsi sororem, cui Ferd. rex, maior auunculus erat, coniugem ducit. Eas nuptias in sui detrimentum & contumeliam factas Philippus credens, indignissimè tulit. Itaq; simili arte vicissim vtens, ne aditu Hispania à socero excluderetur, in gratiam cum vxore & socero redit, ac æquata cum ipsis potestate regia, deinceps diplomatis, Ferdinandi, Philippi, & Ioannæ nomina præscribi concedit. Postquàm verò

B

in

1506.
exente
Aprili.

in Hispaniam appulit, priore pactione omnino reiecta, nullam cum socero concordie rationem aliam inire voluit, quam vt regnis Castellæ quamprimùm exiret.

Discedens igitur in regnum Neapolitanum Ferdinandus, cum in Ebusam insulam peruenisset, nuncium de morte generi Philippi, septimo postquam in Hispaniam appulerat mense extincti, accipit. Quare à Iohanna filia & archiepiscopo Toletano Francisco Ximeno gubernatore reuocatus, ver-
1512.
tente anno, regnorum Castellæ administrationem denuò susceptam, & accessione regni Nauarræ à se occupati auctam, vsque ad annum 1516. retinuit, cuius ineuntis die 19. Ianuarij ex his terris decessit.

Carolus nepos, ante annos animumq; gerens curasq; viriles, & Belgicas prouincias iam gubernans, cognita aui materni morte, Regis Castellæ & Hispaniæ titulum statim assumit, Sed iter in Hispaniam amplius fesi-
anno

anno differt. Interea Franciscus Ximenes Cardinalis senex, summo ingenio, prudentia, integritate, industria, autoritate, potentia, & longo Reipub. gerendæ usu excellens, rigidi seruator honesti, nihil cuiusquam gratiæ aut potentiæ tribuens, nec vllis terroribus cedens, ac omnino Catoni illi Censorio, apud Liuium celebrato similis, summæ rerum in Hispania, Carolo absente præerat, qui ex Regis & Reipub. maiestate & commodis omnia administra-
bat, & institutis militum in singulis urbibus delectibus, quos præsidia Reipub. nominabat, mandata regis & senatus ac Iudicum seuerè exequabatur.

Carolus in Hispaniam exeunte ¹⁵¹⁷
Septembri appellens, salutata Turde-
sillis matre melancholica & mente non
satis compote, Pinciam, quæ nunc Val-
lidoletum nominatur, ad indicta pro-
cerum & urbium comitia venit, in qui-
bus sequentis anni initio, Hispaniæ ^{1518,}
regnis summo cum populorum ap-

B 2 plausu

plausu inauguratus est. Etsi enim, qui summis consilijs in aula præerant Belgæ, præfecturas & magistratus publicos, Hispanis attribui consuetos, exteris hominibus auarè statuto precio vendebant, & immunitates, priuilegia, literas, & omnia quæ in aula petebantur, venalia habebant: quæ res ciuili bello occasionem postea, Carolo ad Belgas redeunte, præbuit: tamen heroicæ bonitati, Iusticiæ, modestiæ comitati & mansuetudini Caroli, cunctorum animos ad sui amorem admirationemq; rapienti, & omnium corda sibi deuincienti, offensiones illæ tum condonabantur.

Venerat paulò antè ad regiam, accusatus, ex Hispaniola noui orbis insula, 310. gradui long. 20. latitu. subiecta, Didacus Columbus maris præfectus, Christophori Columbi Genuensis, qui admirando ad omnem posteritatem ausu & industria primus ignotum antea omnibus, & inaccessum orbem illum peruestigare cœperat, &
pri

primum in ea insula Hispanorum domicilium collocarat, filius. Is immannem Hispanorum militum in homines insulanos velut mancipia bello capta crudelitatem reprimere ac lenire Caroli autoritate; eosq; solo dominorum nutu antea stantes aut cadentes, in vicos & oppida redigere, & civilem vitam degere, & religionis Christianæ doctrinam discere cupiebat. Etsi autem frementibus Hispanis militibus, & libidini ac tyrannidi suæ frænos iniici indignantibus, multæ salutari huic instituto remoræ obijciebantur; tamen id initium fuit libertatis prouincialium vindicandæ, & Episcopos in Nouo orbe certos ordinandi, quorum circiter viginti à Carolo deinceps instituti sunt: tribus Archiepiscopis, S. Dominici in Hispaniola; & Mexici in noua Hispania, & Regij in Peruana, subiecti.

Est enim totus hic nouus orbis, qui à freto Magalanico ad terram Corterealis, ad 1300. milliaria Germanica porrigitur, in duas ingentes peninsu-

B 3

las

las (Americam seu Peruanam, & No-
 uam Hispaniam) angusto inter se Isth-
 mo ad Panamaidem circa grad. long.
 300. lat. Boreæ s. cohærentes; & con-
 geriam insularum Chersonesis interie-
 ctarum, ex quibus clarissima est Hi-
 spaniola; diuisus, quarum singulis sin-
 guli archiepiscopi postea sunt præfecti.
 Nam circa hæc initia regni Caroli, solæ
 adhuc insulæ & aliquot continentis A-
 mericæ, ab Americo Vesputio primùm
 resectæ littorales prouinciæ: Paria, Cu-
 mana, Granata, Terra Firma, Dariene,
 quæ primùm continentis noui orbis
 episcopum Iohannem Cabedum ha-
 buit, & exiguus versus meridiem tra-
 ctus peruestigatus fuit: & Bresilia, Per-
 uanis orientem versus contigua, à Lu-
 sitanis iam tenebatur. Qui orienta-
 lem Indiam primùm Vascho Gama du-
 ce ingressi, iam Taprobanem & Mala-
 cam, olim auream Chersonesum, è di-
 recto Peruanis Antipodibus aduer-
 sam, ad Moluccas insulas vsq; AEqua-
 tori ad grad. longit, 170. subiectas &
 aro-

1497.

aromatum fertilitate beatas, processerant.

Præterire autem hoc loco Ferdinandi Magalani, nobilis Lusitani, & viri magnanimi, mentionem nequaquam debeo, qui altero post Caroli in Hispaniam aduentum anno, nouam ad Moluccas, velut ad regis Castellæ imperium spectantes viam, per occidentem, se aperturum Carolo ostendebat. Cùm enim Castellani, Columbo duce, terras nouas in occidente vestigare cœpissent: & Lusitani antea, meridiem & orientem versus Africae oram legentes, loca quædam occupassent: Alexander VI. P.P. inter Ioannem II. Lusitaniæ, & Ferdinandum Hispaniæ tum reges, limitem constituit meridianum, centum miliaribus ab insulis Azores seu Falconum (ex quibus vna est Tercera, quam Antonius Lusitanus, cum Philippo Caroli filio de Lusitaniæ regno contendens, belli arcem his annis habuit) & Hesperidum seu Capitis viridis (quas circiter tredecim, ex opposito

1518.

1492.

1493.

Long. 358.

Lat. 37.

B 4

eius

eius nominis in Africa promontorio, inter ostia Nigri Aethiopiae fl. prominente, sic nominant) occasum versus distantem. Vnde quicquid in occidentem nauigantibus Hispanis incognitae terrae usque ad grad. long. 180. aperiretur, id omne Castellae regis esset. quicquid autem in Orientem, ad totidem gradus, Lusitanis cederet. Postea ut Bresiliam rex Lusitaniae à Petro Caprali praefecto suo tempestatibus eò eiecto, occupatam retineret, noua transactione ad tercentum milliaria hunc limitem à primo meridiano promouit, ut 36. gradus à Lysibona, quae undecim gradibus à primo meridiano distat, abesset.

Cum igitur Magalanus, ducto secum mathematico Roderico Falerio, ex Ptolemaei numeris, qui Indi fl. Octio 115. Gangis 145. aureae Chersoneso 160. gradus longitudinis tribuit; demonstrasset, Moluccas insulas, quae adhuc 40. gradus inde abessent, extra limitem 180. grad. Lusitanis statutum,
ad

ad alterum hemisphærium Hispanis concessum pertinere: Carolus quinque nauium classe instructum Magalanum, ad Moluccas nouo itinere per occidentem ad eundas dimittit. Qui animi magnitudine penè plus quàm humana, ignotas terras & maria lustrans, ad 53. latit: austrinæ gradum, æquinoctialem transgressus, Fretum, quod ab eo nunc Magalanicum appellant, inter Peruanam & polo Antarcticò subiectas terras aperuit. per quod orientem versus cursum dirigens, etsi ipse in insula Mautama, penè in conspectu Moluccarum, per insidias cæsus fuit: tamen duæ ex ipsius nauibus ad Moluccas peruenerunt. Quarum vna toto terrarum orbe, auspicijs Caroli circumnavigato, incolumis, anno 1522. die 8. Septembris, Hispali redijt, vbi reliquix illius, memoriæ posteritatis causa, iure meritoq; seruantur.

Præbuit autem hæc Magalani indicatio, & inde ortum inter reges vi-

B s cinos

cinos & affines dissidium, Lusitanis
 occasionem, situs & interualla illarum
 regionum, aliquot eclipsibus Lunæ
 pariter in India & Lusitania per homi-
 nes peritos, à Petro Nonio mathema-
 tico instructos, obseruatis, diligentius
 explorandi. Cùm igitur animaduertis-
 sent, vnã & eandem Lunæ Eclipsin,
 quæ in Diensi vrbe ad ostium Indi, me-
 dia nocte cernebatur, Lyfibonæ exo-
 riente Luna, noctis initio conspici: ac
 semper Lunam, Dij aut Cambaiæ, ad
 Indi ostia sex horis antè, quàm in Lusi-
 tania, deficere notassent: interuallum
 inter Lyfibonam & Indi ostia, proxi-
 mum, esse nonaginta graduum depre-
 henderunt. Inde inter Gangis & In-
 di ostia, 150. milliaria German. seu de-
 cem aut vndecim gradus, rectissima
 linea, per basin Chersonesi (in qua Ca-
 lecuti, Decani, Narsingæ &c. regna-
 sunt) ducta, interesse attenderunt.
 cùm Ptolemæus, (qui terras illas ipse
 non lustrasse, sed à nautis fide dignis,
 imperitis tamen, iter illud, quod lon-
 gissi-

gissimis ambagibus Chersonesos circumnavigando ipsi confecerant, 350. mil. spacio metientibus, in errorem ductus esse à Lusitanis scribitur) triginta gradibus spacium illud definierit, perinde ac si Afer aliquis, harum Baltici littoris regionum imperitus, Cimbricam Chersonesum nobis vicinam, ab Albis ostio, vsque ad Drauum Lubecæ portum, naui ampliùs 130. milliarium seu tredecim graduum spacio circumiens: tanto interuallo Albis ostium à Drauo abesse domi referret. cùm recta linea per basin Cimbricæ Chersonesi ducta, vix tres gradus seu 30. miliaria complectatur. Idem in alterius Chersonesi Indiæ, cuius extremam oram aurea Chersonesus, Malaca hodie dicta, & obiecta illi Taprobana infula hodie Samatra obtinet; descriptione Ptolemæo accidisse aiunt. cuius numeris in recentiorum Geographorum tabulis emendandis hæ Lusitanorum explorationes accuratæ, occasionem primam dederunt.

Hæc

1519.
28. Junij.

1520.

1521.

Hæc studiosorum cognitione dignissima, paulò prolixius commemorare malui: quàm in omnibus nota Historia electionis Caroli Imperatoris Romanorum declarati, & nauigationis in Angliam & Belgium ac coronationis Aquisgrani, & comitiorum VVormaciæ, in quibus Lutherum fide publica ad se vocatum & auditum proscript: & belli Hispanici, Gallici ac Mediolanensis, cum Francisco Galliaë rege statim secuti, & totum ferè decennium continuati, quæ plurimorum scriptorum, qui in omnium manibus sunt, monumentis luculentè exposita est, immorari. Pauca tamen ex illis temporibus pietatis, clementiæ ac bonitatis Caroli exempla delibado.

Cùm VVormaciæ nuncios de Hispaniaë tumultibus, de regno Navarraë à Gallis occupato, & Belgij populationibus, iisdem ferè diebus accepisset, palàm testatus est, se inuitum & repugnantem ad arma trahi, ac dolere se,
Turcis,

Turcis, qui paucis mensibus antè Belgradum ceperant, intestinis bellis viam in Germaniam sterni. Orare autem DE VM, vt sibi, Rempub. orbis Christiani tranquillam & florentem perpetuò manere cupienti, opem ferat, & in causa iusta adiutor, custos & vindex adsit. Has preces pluribus verbis à se conceptas quotidie recitare solitus est. Nec tamen, vt à pueritia assueuerat, Horas suas seu preces canonicas, in militia & domi, legere intermittebat, ita vt familiares, precum illius assiduitatem et prolixitatem cernentes, CAROLVM, alioqui natura taciturnum, SAEPIVS CVM DEO QVAM CVM HOMINIBVS LOQVI dicerent.

In Hispania, populi, non vt aiebant, contra regem, sed contra ministros regios, Belgas præcipuè, officia & magistratus omnes ac Rempub. venalem habentes, concitati, sanctæ Giuntæ seu populorum communis con-

15 13.

1512.

1521.

conuentus nomine, spreta regionum
 praesidium autoritate, Rempub. adminis-
 trabant. Hi alicuius autoritate praedi-
 citi capitis habendi cupidi, Ferdinandum
 Calabriae ducem, Friderici postre-
 mi ex Alphonsi posteris, Neapolitani
 regis filium magno consaluo olim Ta-
 renti deditum, ex Sciatiuae arce, in
 quam Ferdinandus, Caroli auus, in
 bello Nauarreno, eum, fugam in Gal-
 lorum castra parantem, coniecerat, ex-
 traxerunt. Sed is arma contra regem
 sumere recusans, e carcere discedere no-
 luit. Itaque Ioannem a Padilla Toleta-
 num, Bracium Salamanticum, Maldona-
 tum & alios duces legerunt. Quos
 Innigus Velasus Dux Friaforum Co-
 mestabilis & Fridericus Dux Medinae
 maris praefectus, coesis seditiosorum
 copijs, postea ceperunt, & Gallos, re-
 deuntibus ad Caesaris obedientiam Hi-
 spaniae populis, ex Nauarrae regno iam
 occupato, rursus profligarunt, & pri-
 stinam tranquillitarem perturbatae Hi-
 spaniae restituerunt.

Caesar

Cæsar in Hispaniam reuersus, & 1522.
 Iusticiæ exemplum, compluribus sedi-
 tionis autoribus seuerè punitis; &
 Bonitatis ac clementiæ, multitudinẽ
 seductæ parcens ac condonans; & gra-
 ti animi ac remunerationis fidei & offi-
 ciorum sibi præstitorum edidit, dum &
 cæteris, qui in fide manserant, muni-
 ficè & prolixè rependit; & Ferdinan-
 do Calabriae Duci, ex carcere liberato,
 Germanam, Ferdinandi regis Hispani
 viduam, iuuenulam, sed sterilem, in
 matrimonium dedit. (fortè eo etiam
 consilio, vt Alfonsi senioris Aragoniæ
 regis progenies in eo finiretur)

In Mediolanensi bello, quod Leo-
 ne X. Pontifice per Iulium Card. Me-
 dicen, qui postea Clemens VII. fuit,
 incitante, restituendi Sfortiæ causa, ad-
 uersus Gallum, susceperat. & aliquot
 annis, ab omnibus, ac ipso Pontifice
 Clemente in Italia indignissimè deser-
 tus ac proditus, gesserat; cum tandem
 illustrem victoriam, ipso rege Gallia
 Fran-

Anno 1526
 exeunte.

1525

Francisco ad Ticinum capto, adeptus esset: summæ pietatis, sapientiæ & modestiæ significationes multas & insignes ostendit; cum nuncio tantæ victoriæ, & captivi Galliaë regis literis supplicibus acceptis, statim ad templum Deo gratias acturus concessit, nec aliorum more, ignibus aut campanarum sonitu, alijsue modis, lætitiæ signa, victorijs de religionis nostræ hostibus, non de Christianis, ut aiebat, debita, edi passus est. Gratulantibus verò respondit, fateri se, gratam sibi esse hanc victoriam, eam præcipuè ob causam, quòd tam illustri testimonio DEVM sibi, ab omnibus amicis deserto, propitium esse videret, & nunc sibi, ad Ecclesiæ & Reipub. Christianæ tranquillitatem & pacem restituendam aditum faciliorem præberi speraret, & maiorem de amicis benemerendi, inimicis verò ignoscendi facultatem esset habiturus (libet enim eadem verba, quæ grauißimus historiæ temporum illorum scriptor à Cæsare vsur-

DELIBERATIO CAESARIS. 31

vsurpata recitat, retinere) & quamuis hanc victoriam propterea quod nullus amicorum sibi ad eam consequendam opem tulisset, totam sibi iure vindicare posse videretur: velle tamen eam cum omnibus communicare. Cùmq; Venetum Legatum, Reipub. suæ facta purgantem audiuisset, ad eos qui astabant conuersus, eius excusationes veras nō esse, sed tamen velle se eas tanquam veras admittere & accipere, dixit. Talibus in summæ sapientiæ & probitatis verbis ac significationibus vbi aliquot dies perseuerasset, vt quemadmodum consueuerat, prudenter & moderatè ageret conuocato senatu, quo pacto se cum Galliæ rege gerere deberet, & ad quem finem hæc victoria esset dirigenda, ad consilium retulit.

Ibi Episcopus, confessor regius, qui veteri more primo loco sententiam in consilio regum Hispaniæ dicit, cùm à Deo tantam Carolo victoriam donatam esse constet, vicissim ad Dei glo-

C

riam

riam & communem orbis Christiani pacem constituendam, & Turcas ac heresin Lutheranam extirpandam referri eam debere: Ideoq; regem captivum, nulla pactioe alia, nisi quæ ad perpetuam amicitiam & pacem & Christianæ Reipub. salutem pertineat, quamprimû libertati restituendum esse suadet. Ita enim perpetuò accepti tanti beneficij memorem, & Cæsari amicum & fidum esse mansurum ostendit.

Fridericus Albæ Dux è contra, hoc tantæ victoriæ diuino munere, Imperij & Monarchiæ Romanæ auctoritatem & potentiam, ab alijs oppressam, rursûs instaurandi (qua recuperata Dei gloriæ & Reipub. vtilitati maximè prodesse possit) occasionem nullo modo negligendam, sed quàm maximum fieri possit victoriæ huius fructum percipiendum esse disputat. Nam quòd Episcopus, Galliæ regem, pro tanto beneficio, Cæsari gratum & fidum fore existimet: id hominum naturam & mores

mores diligenter consideranti, prorsus contrarium videri. Nihil enim celerius memoria beneficiorum apud homines interire, & quò maiora sunt beneficia, eò maiore maleficio vsitate compensari. Et quos eò redactos fuisse, vt beneficio opus habuerint, pudet: eosdem se illud accepisse indignari. & à Gallis præcipuè, qui natura leues & insolentes sint, animum constantem & gratum frustra sperari.

Hanc sententiam cum cæteri senatores secuti essent, Cæsar, vt solebat in deliberationibus audire solummodo Consiliariorum sententias, nihil autem illis præsentibus, sed suo iudicio solus postea quid facturus esset, constituere; tunc quoq; dicentes attentè audiuit; nec tamen quid secum decreuisset, declarauit. Postea verò mense Februario anni 1526, cum paulò antè Sibilix, Elisabetham Emanuelis Portugallix regis filiam in matrimonium duxisset; grauisimis conditionibus, ac inter cætera Ducatus Burgundix restitu-

tionem à Gallo pactus, quantumuis reclamante Mercurino, & regem non seruaturum prædicente, ideoq; pactio- nis tabulas ex officio subscribere recu- sante, eum dimisit.

1526.

Renouato autem per liberatum ex custodia Gallia regem, Pontificem, & Venetos bello; Carolus denuò se inui- tum & coactum ad arma retrahi testa- tus, & Deum innocentia suæ, & iustæ causæ vindicem fore confidens, inter hos Christiani orbis intestinos motus & bella ciuilia, magnæ sibi consolatio- ni esse dixit, quòd interea innumerae noui orbis gentes, Christianam religi- onem cupide amplecterentur.

Nam biennio antè, in amplissimum nouæ Hispania in nouo orbe Imperi- um, à Ferdinando Cortesio, Marchio- ne Vallense, Caroli Cæsaris auspicijs, anno 1520. & sequentibus tormento- rum præcipue miraculo populis terre- factis, occupatum; Martinus Va-
lenti-

Ientinus cum duodecim Collegis mis-
 sus erat, vt Mexici primum, quæ vrbs
 totius regni Metropolis 276. gradui
 longitudinis, 20. latit. subiecta, situ,
 & frequentia ciuium Venetæ similis
 perhibetur; Christi doctrina & religio-
 ne populos illos (quorum plerosq; lin-
 gua Saxonica seu Belgica antiquitus
 vti intelligo) imbueret, & Ecclesias
 constitueret, ex quibus suprema in vr-
 be Mexico, & septem aliæ in reliquo
 regno Episcopales, Xaliscæ, Mecha-
 nacæ, Gnaxacæ, Tascalæ, Guatima-
 læ, Chrapæ & Nicaragnæ, tum fun-
 datæ fuerunt. Et iam Franciscus Pi-
 zarrus, maris austrini, quod Blasus ^{1513a}
 Nonnius, transito ad Darienem Isth-
 mo primus inuenerat, Peruuie littora,
 trans æquatorem perlustrare cœperat,
 in quam Colonias aliquot, ipse postea ^{1530a}
 prætor, à Carolo constitutus deduxit,
 ac pro regis & Archiepiscopi sede, Re-
 gij, quæ vrbs, 290. gradus longitudi-
 nis & 13. latitudinis austrinæ habet, ere-
 cta, longè lateq; Christianam religio-
 nem

nem in amplissimis Peruanæ regionibus Imperio Caroli subiectis, propagavit.

Sed in nostrum orbem Europeum redeo, cuius Pontifex, ambigux & fluxæ fidei, Clemens VII. apertè iam Cæsaris hostibus foederatus, & regnum Neapolitanum inuadens, ab exercitu Cæsaris, ad defensionem Neapolis proficiscente, quem Carolus Bourbonius ducebat, vrbe Roma direpta, captus, & omnes ipsius arces & vrbes in CAROLI Imp. potestatem redactæ sunt. Qui optata hac occasione, veterem Romani Imperij sedem, potentiam, & maiestatem, à Pontifice hæctenus vsurpata, in Italia recuperare & stabilire potuisset. Sed reuerentia loci Apostolici, & quadam religionis opinione, quæ in animo benè instituto plurimum valet, & Hispanorum Antistitum ac principum superstiosa in Pontificem obseruantia, non solùm publicæ laticix signa, quæ tum nato Imperatoris filio Philippo edebantur, inhiberi

beri iussit: Verùm etiam post octo menses, Clementem pecunia tantùm & iure patronatus in regni Neapol. episcopatibus multatum, in pristinam amplitudinem & potentiam integrè restituit.

Posteà occupante regnum Neapolitanum, & Neapolin obsidente Gallico exercitu, cùm nauali prælio, Prorex Vgo Moncada cæsus, & Alphonsus Vastius, columna, alijq; duces Cæsareani, à Gallis capti, & omni maris vsu priuati essent: planè desperatum de rebus Cæsaris eo in regno putabatur. Sed DEVS pro Cæsare pugnans pestilenti lue, maximam Gallorum exercitus partem, vnà cum duce Odetto Fuxio Lautrechio deleuit. Deo igitur Carolum vbiq; protegente, & victorias ipsi de hostibus insignes tribuente, pacem ab eo Pontifex & Gal-
 1528.
 1529.
 lus; & Bononię posteà Franciscus Sfortia & Veneti supplices petunt, ac impetrant.

1530.

Inde compositis Italiae rebus, & Imperij corona à Pontifice accepta, in Germaniam ad comitia Augustae indicta, & religionis dissensiones à Luthe- ro motas, amicè & placidè componen- das, profectus est. Vbi doctrinae Ec- clesiarum nostrarum confessionem à Ioanne Electore Saxoniae & coniu- ctis principibus postulavit, cuius exhi- bitae historiam copiosius alibi exposi- tam meministis.

1531.

Etsi autem edictum contra Eccle- sias nostras asperius in eo conuentu edidit: tamen cum Moguntiae paulò post, Albertus Archiepiscopus Mog: & Palatinus Ludouicus de Germaniae pace cum eo colloquerentur: & Hel- dus vicecancellarius, Caesaris astantis nomine durius respondisset, Caesarem qui alia etiam regna haberet, decre- tum aduersus haereticos in comitijs fa- ctum, etiamsi vastanda esset Germa- nia, exequi decreuisse; Caesar hunc in- terpellans dixisse scribitur: Hæc non iussi te dicere. Nolo enim vastari
Ger-

Germaniam, quia & patria est, & summum ab ea imperij decus accepi. Et Imperator saluti orbis terrarum, quantum potest, DEO iuuante, consulere debet. Data igitur Moguntino & Palatino de pace cum protestantibus agendi potestate, confectam tandem Ratisbonæ confirmavit. 1532.

Inde Viennam, vt Turcas ingentibus copijs in Germaniam irruentes arceret, rectà descendit: Vbi Solymanus, virtute & felicitate Caroli territus, statim in Thraciam regressus est.

Triennio post acerrimo ad Tunetam prælio profligatis Turcis, Muleassem ab Hariadeno pulsum restituit, & Christianarum gentium Siciliae ac Italiae littora, Piratarum incursionibus, assidue vexari solita, liberauit. Constitutis rebus Africanis & purgato à Piratis mari, Panormum in Siciliam traiecit. & per Neapolin, Romam, Senas, Florentiam etc. facto itinere, expeditionem aduersus Galliae regem (mor-

1538.

tuo Sfortia, Mediolano rursus inhiantem) in prouinciam suscepit. Sed constitutis Niceæ, Pauli III. Pontificis intercessione, decennij inducijs, in Hispaniam reuersus est.

1541.

Anno 1540. ineunte, per medias Gallias profectus, ortos Gandauitumultus sedauit, et in Germania amicas de componendis Religionum controuersijs colloquutiones, Haganæ, VVormaciæ, & Ratisbonæ instituit. Inde Mediolanum & Genuam profectus, ad Algieræ, quæ Iulia Cæsarea olim fuit, obsidionem, in Africam traiecit. Vnde tempestatibus horrendis depulsus, in Hispaniam redijt, fama de morte ipsius passim dispersa. Sed renouato per Gallia regem bello, & VVilhelmi Principis Cleuensis, qui Geldriam occupauerat, ducibus, in Brabantiam excursiones facientibus, reuiscens in Germaniam reuertit, & Iuliacensem armis domitum, supplicem, ac Geldria cedentem, in gratiam recepit.

1542.

1543.

pit. Sequenti anno Gallum, qui Tur-
 cicam classem Barbarossa duce in Gal- 1544.
 liam euocârat, hostem Imperij Spiræ à
 se declaratum, sumptibus & auxilijs
 Germanorum ordinum adiutus, ac fe-
 rè Lutetiam vsque progressus, ad pa-
 cem petendam denuò coëgit.

Secutum est bellum Germanicum, 1546.
 & post victoriam nouæ de religione 1548.
 leges, quas cum seueriùs exequi Caro-
 lus cœpisset, fortuna ipsiùs, vt Bellerop-
 hontis Pegaso in coelum euolare co-
 nati & excussi mutata est. dum Mauri-
 tius elector Saxonix, & principes fœ-
 derati eum pro concilio Tridentino. 1552.
 excubantem, Oeniponte fugârunt, &
 pacem dare doctrinæ ecclesiarum no-
 strarum, quam paulò antè funditùs
 extinguere nitebatur, & principes ca-
 ptiuos dimittere, compulerunt. Quo
 ipso anno, in vrbis Metensis obsidio-
 ne, metam, prosperi successus bello-
 rum Caroli habuerunt.

Quare

4555.

Quare triennio post, resignato electoribus Imperio, & omnium regnorum & prouinciarum Belgicarum gubernatione filio Philippo tradita, reliquum vitæ spacium in assidua precatione & lectione sacra & religiosis exercitijs & cultibus, Deo immediatè seruientibus consumere, & se ad piam & beatam ex hac vita migrationem præparare decreuit. Exeunte igitur anno 1556. cum Leonora, & Maria fororibus in Hispaniam nauigans, monasterium D. Iusti, in Boeticæ, Castiliæ & Lusitaniæ finibus, octo à Placentia leucis disitum, reliquæ vitæ sedem sibi delegit, quam anno Christi 1558. die 21. Septembris, placido & beato fine, de quo postea dicemus, conclusit.

Prius enim de ingenio, moribus, & priuatæ Caroli vitæ consuetudine plura, consideratione & memoria prudentum digna recitabimus. Naturæ vis in eo prorsus admiranda fuit, vt
sapi-

sapientissimos senes consilio & ingenij sagacitate vinceret.

INGENT
VM & VIR
TVTES CA
ROLI.

Ingenium graue, cautum, circum-
spectum, ideoq; cunctantius: & ta-
men, vbi tuendæ dignitatis decus aut
necessitas postulabat, expeditum, acre
& flagrans erat.

Consilia non ex alienis cogitatio-
nibus, sed proprijs, senili maturitate
exquisita & elaborata, præsentibus ne-
gocijs & temporibus aptè accommo-
dabat.

Animi excelsi atq; inuicti magni-
tudo & firmitas, cum amore Iusticiæ,
æquitatis & moderationis singulari
coniuncta fuit, quam, fiducia præsen-
tiæ Dei, quotidianis precibus ab eo cul-
ti, & conscientia bona, cum non nisi ne-
cessariæ defensionis aut officij ratione
bella susciperet, sustentabant. In peri-
culis impavidus & mortis contemptor
fuit, adeò vt in castris sæpè, & in ipso
iuuentutis flore, recitatis Pauli verbis, *Philip. 1.*
osten-

ostenderet, se alterius vitæ & consuetudinis cum Christo beatæ cupidum esse.

Eandem in rebus secundis & aduersis vultus constantiam & tranquillitatem retinuit, vt in eodem cubiculo quotidie cum ipso versantes, nunquam læta vel tristia ad Carolum allata ex eius vultu deprehendere possent: Nunquam enim regius ipsius animus mutante vel acriter etiam vrgente fortuna abiectè se demisit: vel prospero & secundissimo flatu aspirante, insolentiùs se efferre aut iactare solitus est.

Cùm de imperio Mediolanensi, desertus à socijs, & ab omnibus oppugnatus, certaret, nunquam vllis aduersariorum conditionibus aut minis adduci potuit, cùm in dubia adhuc spe victoria versaretur, vt ditione illa se Francisco Sfortiæ cessurum polliceretur, ne quid animi sui magnitudine & augusta maiestate indignum, metu aut necessitate impulsus fecisse videretur. Postea verò, omnibus aduersarijs gloriose

riose superatis, & ingentibus partis victorijs, vndiq; victor & triumphator, Sfortiam supplicem in gratiam recipit, eiq; Mediolanensem Ducatum, quem totum, multis regnis opulentiozem, in sua potestate Carolus habebat, attribuit: nec pecuniæ tributū ampliùs, quàm ante postremum bellum petierat, imponit: demonstrans se verè victorem, quòd seipsum alijs parcendo vinceret, et animum omni sua fortuna maiorem, & excelsiorem gereret: Verè liberalem, & munificum, quòd regnum dare, quàm accipere pulchriùs iudicaret: Verè Imperatorem, magnum & iusticia præstantem esse, quòd omnibus proferendi Imperij cupiditatibus imperaret, nec ab alienis solùm, sed sibi etiam debitis ditionibus, pacis & salutis publicæ causa abstineret. Itaque de Francisco Galliaë rege, perpetuo virtutis & amplitudinis suæ æmulo, dicere solitas est, se, etiamsi Galliam omnem expugnasset, tamen ei reddere velle, modò id exiguum, quod suum esse contenderet, sibi relinqueret. In

In aggreſſiendis rebus, & bellis præcipuè ſuſcipiendis, vbi celeritatem neceſſaria deſenſio non flagitabat, admodum circumſpectus, prouidens, cautus & cunctator: ſed ſemel inchoatis & ſuſceptis, planè *ſpaciè*, induſtrius, laborioſus & efficaciſſimus erat. vt in Germanico aduerſus Principes & ſtatus Lutheranos bello, ad quod ab initio Imperij, Pontificum & aſſeclarum furijs aſſiduè incitabatur, oſtendit: quod, viginti quinque annos dilatatum; tandem non religionem, ſed regionum & reddituum alienorum occupationes prætexens, acriter & ſtrenuè proſecutus eſt.

Natura grauis, & ſeuerus, mixta tamen comitate & ſerenitate quadam vultus, ſed à riſu alieniore fuit, ſicut Carolum magnum etiam raro riſiſſe legimus. nec quidquam ab eius ore, niſi graue & inſigni ſobrietate definitum, & ſapientiæ ſale conditum, excidebat.

Acute

Acute & breuiter ac false dictis admodum elegans & concinnus, & tamen grauis & ferius erat. Cum ad vicinos Ingolstadio montes, Germanorum principum & ciuitatum foederatarum castra, 1546. longissimo spacio extenta videret: Suntne isti omnes Germani? quærit; & bene est, inquit: CITO EIS DEERIT CONSILIVM & pecunia.

Cum de Principe quodam bellum moturo audiret: Ignorat adhuc, ait, quid ad bellum requiratur.

Anno 1540. ineunte, per Gallias proficiscens, Parisijs, proluxa oratione, exquisitas omnium virtutum summi Imperatoris laudes ei tribuente, ac plane in coelum efferente, exceptus est. Huic oratori breuissimè respondit, gratam sibi esse regis affinis erga se beneuolentiam, sed laudes illas existimare se eò pertinere, vt commonefiat, Qualis esse debeat.

Cum à Pontificibus Romanis Concilia varijs in locis Mantuæ, Vincentiæ,
D Triden-

Tridenti, indici, nec tamen quidquam
agi aduerteret: **CONCILIVM**, ait,
CONSILIVM est **DEI**.

De Comitijs Germanicis, in qui-
bus religionis & Turcici belli negocium
sæpè frustra tractauerat; Diæta diætam
parit, inquit, & partus suffocat matrem.

Cùm legatum Venetum quidam
apud eum deferret, quòd tarditatem ipsi-
us & lentitudinem culparet: nihil offen-
sus dixit, nunquàm mundum à bellis
quieturum & respiraturum esse, si ea ce-
leritate, quàm res & causæ plerunq; po-
stulant, bella statim moueret.

Antonio Leuæ & alijs Ducibus, Iu-
lij Cæsaris & Alexandri exempla laudan-
tibus, nec uti Carolum suis Victorijs, ad
potentiæ & magnitudinis suæ amplifica-
tionem, quantum & posset & deberet,
querentibus; respondit, Alexandro &
Iulio in bellis gerendis vnum fuisse fi-
nem, Honorem & Gloriam; Christia-
nis autem regibus, duos esse propositos,
Honorem & Animæ salutem,

Rex

Rex Galliaë Franciscus, cum aliquoties propinquis castris pugnam detrectaret: dixit Carolus, optare se Gallo vel plus audaciæ & felicitatis, vel minus verborum & odiorum inesse.

Traijciens aliquando Rhenum, quærit ex principe, qui aulam ipsius tum sequebatur, cur maiores nostri arces & præsidia in excelsis montibus extruxissent? cum responderet princeps, munitiores illis arces in editis locis visas fuisse: censuit Cæsar, rectius eas in planicie collocari, propter aquationis, & inuehendi commeatus, & tormentorum, & aggerum commoditatem. Sed nunc, inquit, sub terra quidam munitiones ædificant, vt inferno sint propiores.

Hispanis quibusdam aulicis, aliquando petentibus, vt Germanos satellites & alios ex aula dimitteret; idq; sine modo vrgentibus; conuocari Germanos iubet. His vultu ad seueritatem composito, indicat Hispanorum petitionem, & Venite, inquit, Ego etiam sum Ger-

D 2

ma-

manus, abeamus ex aula, ne illis deinceps molesti simus; & abire se ostendit. Germani satellites & alij alacres sequuntur. Sed Hispanis ad pedes Caroli abiectis, ac ut maneret, & veniam stulticiæ suæ daret, suppliciter petentibus restitit, ac ignouit.

Delectabatur imaginibus virtutum Regiarum à Sole & Luna & motibus siderum sumptis.

Vt SOL in summo fastigio tardissimè mouetur, nec alius inopi quàm locupleti splendet: sic Austriacos principes, in summum Imperij fastigium euectos, non præcipitare consilia, sed circumspectè & cunctanter agere, & lucem Iusticiæ ac clementiæ suæ, summis ac infimis pariter præbere decet. Vt Solis deliqua futuras mutationes & calamitates publicas portendunt: sic regum errores etiam parui, magnam in rebus humanis perturbationem pariunt. Vt Luna, quia terris propior est, efficacius in hoc elementari orbe vim suam exercet: ita regum præsentia & vicinitas plurimum in
inoti-

motibus bellicis ac togata Reipublicæ administratione, momenti habet.

Vt fulmen, cera & lana illæsa, æs & ferrum liquefacit: sic regum magnorum potentia, supplicibus parcens, cædit sternitque rebelles. Vt Lunæ lumen singulis mensibus accrescit & decrescit; nec semper ver aut æstas est: sic perpetua vicissitudine rerum humanarum consilia & actiones variantur, & certam præsens vix habet hora fidem.

Has similitudines, à rebus cœlestibus petitas, cùm alioquin præcipuam ex astrorum & motus siderum contemplatione voluptatem caperet, creberri-
mè vsurpabat.

Vt enim Iulius Cæsar apud Lucanum gloriatur, se media inter prælia, semper stellarum, cœliq; plagis, superis-
que vacare: ita noster Cæsar, in ipsis castris, & medio belli ardore, siderum doctrinam colebat, & reuolutionum cœlestium leges ac periodos considerabat.

Retulit amicis Petrus Apianus, se in bello Germanico, Ingolstadio ad Ca-
D 3 rolum

1546.

rolium in castra vrbi tum vicina, euocatum fuisse, vt in machina, certis rotulis orbis circumducentibus, repræsentante Planetarum motus proprios, aspicienti certiùs & accuratiùs singula monstraret. Cùm verò, illo ipso die, qui Cal. VIIbris proximè antecessit, globi ex hostium castris emissi circumuolare magno agmine cœpissent, trepidante se & caput subinde inclinante, Carolum prorsùs nulla timoris significatione edita, pedem loco nusquàm mouisse.

1547.

Familiaris etiam Carolo, eiusdem belli tempore, Turrianus Cremonensis mathematicus fuit, qui euentum bellì Saxonici, antequàm Vlma Cæsar moueret, prædixisse memoratur.

Nec verò mathemata tantùm, sed omnia doctrinarum & artium honestarum studia Carolus amabat & munificentissimè fouebat. Historias autem, non Germanici tantùm Imperij & His
spa-

Spanici, sed etiam veterum Monarchiarum ac regnorum, & imprimis sapientissimum scriptorem THVCYDIDEM, quem in Gallicam linguam luculentè à Claudio Massylienfi episcopo conuersum habuit, magna cum voluptate assiduè legit.

In aulico Caroli comitatu, ex singulis ipsius regnis, & prouincijs inferioribus, quatuor eximiæ virtutis & auctoritatis delectos, duos familia equestri & totidem doctrina insigni nobiles, plerunque hæsisse intelligo. Quibus negocia, ex singulis prouincijs in aulam delata, primùm deliberanda exhibuit. deinde, si rerum grauitas exigeret, totius aulici Senatus de his consultatio instituta est, cui ipse crebrò præsens interfuit, & singulorum sententias attentè audiuit, & quæ in vtramque partem consideranda essent disputauit. rarò autem præsentibus consiliarijs cõclusit, sed notu plerunque voluntatem suam scripto

D 4

com-

comprehensam, Granuellano & Atrebatensi exequendam deinceps tradidit.

Interior etiam & domestica Caroli vita honestissimorum exemplorum, pietatis, temperantiæ, frugalitatis, continentiae plena fuit. Nunquam iurare auditus est, nisi cum regnis inauguraretur, aut foedera inita confirmaret.

Manè priusquam vestiretur, longa talari, subuculae iniecta, genibus incumbens, orabat. deinde cubicularijs admiffis, preces Canonicas legebat. Postea Reipublicae negocia tractabat. Hinc ad sacrum audiendum, quod nullo die negligere etiam in profectiõibus solebat, accessit. A sacro recta ad mensam, in qua semper ferè solus & tacitus sedens, conuiuia sua sine conuiuia, moderata & frugalia, in publico ferè, vt omnibus spectare ea liceret, peregit. Sublata mensa, cunctis omnium ordinum infimæ etiam fortunæ hominibus adire eum, & alloqui, & supplices libellos exhibere licebat.

Ab ebrietate, & omni conuiuio-
rum,

rum, & vestitus luxu, & voluptatibus cæ-
 teris, non minùs in adolescentia, quàm
 virili & senili ætate alienissimus semper
 fuit. Cùm Mediolanum anno 1541 ad-
 uentaret, fœminis nobilibus & plebe cu-
 riosa, pictam ex auro trabeam, & fulgen-
 tem gemmis in capite Cæsaris coronam
 expectantibus, ipse atra in lanea veste
 viliq; pileolo, vultu etiam graui, parum-
 que hilari, urbem illam, quæ tot annos
 ipsius arma & victorias experta & admi-
 rata fuerat, ingressus est. *ot*

Casti pudoris decus, in coniugio
 cum Elisabetha Lusitanica, ex qua Phi-
 lippum & Ferdinandum; & filias, Mari-
 am Cæsari Maximiliano, & Ioannam
 Iohannis Portugalliæ regis Iohannis III.
 filio ante patrem extincto (cuius posthu-
 mus Sebastianus à rege Fesano in Afri-
 ca recens cæsus est) nuptas suscepit; re-
 ligiosè semper absq; vlla vagarum libi-
 dinum significatione coluit.

ot A tyrannico fastu & contemptione
 ac despicientia inferiorum adeò alienus
 fuit, vt captiuo etiam principi Iohanni

D s Fride-

Maximilianus I.

Carolus Ferdinandus
 Maria Maximilianus

nonnulli d.

Sed quæ

fratris de

Historice!

et in coniugio

et in

Friderico, quoties eum præteriuit, reuerentiam & honorem relecto capite exhiberet.

Familiam suam omnem præcipuè charam habuit, & paterna fide & benignitate complexus est, improbis ac morum turpitudine foedis ex contubernio illius exclusis.

In largiendis eleemosynis, ad redimendos ab hostibus captiuos, ad Nosodochia, Gerontotrophia, inopum puellarum matrimonia, ad exules bonis suis iniuste spoliatos benignè subleuandos, omnium regum ac principum liberalissimus sine vlla ostentatione erat. denique tanta in eo pietatis, sapientiæ, benignitatis, & omnium optimi maximi principis virtutum præstantia fuit, ut miraculum naturæ sui temporis, à sapientibus & bonis quibusdam viris, familiaritate ipsius interiore fruentibus, perhiberetur.

Vitæ igitur integrè, grauius, probè et præclare actæ, exitus etiam pius & placidus respondit. Habuit in ea solitudine

Hiero-

Hieronymianorum fratrum, Carolus, postremo vitæ suæ biennio familiarem, qui à confessionibus ipsi fuerat, Doctorem Constantinum, virum grauem, pi-um & præclarè eruditum. Is inter quotidiana & assidua precum & laudum diuinarū à Carolo suscepta exercitia, ad scriptorum Bernhardi lectionem, citatis in consolatione sententijs quibusdam insignibus, eum inuitarat. Cùm enim subinde Carolus peccata sua lamentans, nullū toto vitæ suæ tempore diem se Dei seruitio, dignè, & vt par erat, impendisse quereretur: Bernardi verba (in grauiissimo corporis morbo & animi tentatione, velut ante tribunal Domini, Sathanæ ipsius indignitatē & delicta accusanti, hanc apologiam opponentis) ei recitauit. Fateor non sum dignus Ego, nec proprijs possum meritis regnum obtinere cœlorum, Cæterùm duplici iure illud obtinens Dominus meus, hereditate scilicet patris, & merito passionis; altero ipse contentus, alterum mihi donat ex cuius dono iure mihi illud vendicans,
non

*Græc. Inuasi
militarijs
nihil aliud q̄
etiam uo
uit audire*

non confundor. Item, Ante omnia fides
quærenda est, de qua legitur, fide mun-
dans corda eorum, crede ergò te Deo.
Nam sibi quidem ipsi, & suis meritis fi-
dere, non fidei sed perfidiæ est. Et con-
cione tertia de Annunc. Auditam fac mi-
hi manè misericordiam tuam, quia in te
speraui, neq; enim oleum misericordiæ,
nisi in vase fiducia ponis. Hæc verò ho-
minis fiducia est, à se deficientis, & inni-
tentis Domino suo. In primis verò aure-
am illam in Annunciatione beatæ Ma-
riæ concionem ipsi commendauit, in qua
consilium de redemptione, mirando iu-
sticiæ & misericordiæ diuinæ tempera-
mento, in arcano diuinitatis consilio de-
cretum exponit, ac inter cætera his ver-
bis doctrinam de iustificatione disertè
explicantibus vtitur. Necessè est primò
omnium credere, quòd remissionem pec-
catorum habere non possis, nisi per in-
dulgentiam Dei. Deinde quod nihil
prorsùs habere queas boni operis, nisi et
hoc dederit ipse. Postremò quòd æter-
nam vitam nullis potes operibus prome-
reri

rerī, nisi gratis detur & illa. Quis enim potest facere mundū de immundo conceptum semine, nisi qui solus est mundus &c. Ideoq; si credis peccata tua non posse deleri, nisi ab eo, cui soli peccasti, et in quem peccatum non cadit, benè facis: sed adde adhuc, vt & hoc credas, quia per ipsum tibi peccata donantur. Hoc est testimonium, quod perhibet in corde nostro Spiritus sanctus dicens: dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apostolus, Gratis iustificari hominem per fidem.

His Bernardi dictis se mirificè delectari & recreari Carolus ostendit. Itaq; cum ad lentam tabem, acuta febris tandem accessisset: vt ab omni meritorū & operum priorum fiducia, se auocare mentem, & in unicum redemptorem, & seruatorem nostrum Iesum Christum dirigere ostenderet: imaginem Christi crucifixi aliquot dies oculis, vlnis & ore complexus, in eo vno & solo se omnem salutis suæ fiduciam collocare declarauit. Et sumpta denuò Eucharistia, In me
manes

manes, inquit, dulcissime seruator, Ego in te maneam. Inter has voces, & veræ pietatis & fidei in Christo acquiescentis significationes illustres, Optimus & sempiterna memoria dignus Imperator ex hac vita discessit anno 1558. die 21. Septemb. A Eterno & præpotenti Deo, cuius dona eximia sunt boni Principes, qui imaginem & vices Dei in regendis Imperijs gerunt, toto pectore gratias agamus, quòd ex nobilissima archiducum Austria familia, longo ordine, sapientes, iustos, & moderatos imperatores Germaniæ largitus est. Inter quos, cum non potentia solùm & amplitudine regnorum, sed virtute etiam & felicitate Heroica Carolus excelluerit: testimonium bonitatis & præsentia DEI in hoc Imperio, & tota Caroli gubernatione, grati agnoscamus & celebremus. Votis etiam ardentibus precemur DEVM autorem & custodem Imperiorum & ordinis Politici, vt deinceps quoque bonos, felices, & salutare generi


neri

neri humano principes, Imperio & patriæ nostræ tribuat, & sapientia ac bonitate sua diuina, ad Ecclesiæ & Reipublicæ Christianæ salutem gubernet, & incolumes ac florentes seruet.

Virtutum etiam exempla illustria non solum ad cognoscendum, sed etiam ad imitandum, ex hac Caroli historia sumamus. Etsi enim Imperatorum propriæ virtutes affectari & exprimi à priuatis nec possunt, nec debent, tamen aspectio excellentium virtutum in illustribus exemplis, amorem & admirationem virtutis in animis accendit: & studium pietatis, assiduitatem & intentionem in precibus quotidie recitandis, amorem iusticiæ, modestiam non efferentem se in rebus secundis, sobrietatem, continentiam & similes virtutes, omnibus necessarias, singuli iuuant DEO imitari possunt & debent. Ideò autem DEVS Heroicos Reges ac Principes excellenti virtute & multis

multis gentibus salutari instruit & ornat, vt alij in eorum exempla intuentes, DEVM autorem & archetypum virtutis agnoscant, & exemplis ad imitationem excitentur, & DEI sapientiam, bonitatem, præsentiam in donis præstantium Heroum, quæ sunt sapientiæ & virtutis diuinæ radij, intuentes, DEVM laudent, debitaque gloria & celebratione extollant.

DIXI.



Ka 209

ULB Halle


3


003 641 767



St.

20





DE
CAROLO
QVINTO, CAE-
SARE AVGVSTO,

Davidis Chytræi
ORATIO,

Cuidam studioso prescripta.

R. dogeol. v.
D. Davidy

Voit Doctori
EXCVSYM Thool. in

Per hæredes Ioannis Cratonis

A N N O
CIC, IC, XXCIII

Academia
Salana
summo.

